



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Avgvstini Valerii, Veronensis Episcopi, De Rhetorica
Ecclesiastica Libri III. Perqvam Ervditi**

Valiero, Agostino

Coloniae, 1582

Quomodò impellendi sint coniuges ad mutuuum amorem. Cap. VII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69050](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69050)

Virga parcitis, indulgentia vestra deteriores efficitis, calamitatis vestrae artifices estis. Ad filios conuertens sermonem, B. Thoma sententia probabit, multo vehementiorem esse amorem parentū in filios, quā filiorum in parentes: quia est diuturnior, & quia de sanguinis coniunctiōe sunt certiores: grauisimū scelus esse, iniuria afficere illos, qui de nobis ita sunt benè meriti, quibus organū vsus est Dominus, vt in lucem veniremus. Obiurgandi sunt ingrati filij, & perterrefaciendi, & dicendum, eos Deum sine dubio vltorem habituros.

Quomodò impellendi sint coniuges ad mutuum amorem.

Cap. VII.

QUONIAM verò inter coniuges multa oriuntur discordia, multa rixae; necesse est sapè hortari, vt se mutuo diligant: ad quem amorem vbi excitati fuerint aliqui, quos earum satietas cepit; reprehendēdi sunt qui ardentius amant vxores suas, quā decet, ita vt adulteri videantur; & vt mancipia sapissimè seruiunt vxoribus suis, earum vanitati ita indulgent, vt patrimonium consumant. Vxores ad amandos viros suos excitandae sunt, ad fidem seruādam: sapè dicendum, bonas vxores de virorum suorum salute esse sollicitas, sanctificatos multos viros infideles per mulierem fidelem: quod Valeriani, qui sanctitate Ceciliae sanctificatus fuit, exemplo confirmari potest.

Quomodò excitentur auditores ad amandam patriam.

Cap. VIII.

ACCIDIT sapè, vt ad amandam patriam necesse sit auditores impellere; cum tā pauci reperian-

G tur,